



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij  
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolutiones  
Lectissimorum Casuum**

**Diana, Antonino**

**Antverpiæ, 1645**

Promiſſio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41753**

uilegiorum quæ fit Ordinibus Religio-  
fis, non veniunt altaria priuilegiata:  
quia per generalem communicatio-  
nem non conceduntur priuilegia ex-  
orbitantia, & quæ rarò concedi so-  
lent. Tamburin. & Meroll. *part. 6. tr. 7.*  
*ref. 39.*

5 In dubio an priuilegium aliquod sit  
reale, an personale, si est fauorabile,  
quia nec iuri communi, nec alicuius  
particulari contrarium; censendum est  
reale, & extendendum: sin contrà,  
censendum est personale & restringen-  
dum. Suarez & Pontius. *p. 4. tr. 3. ref. 51.*

6 Priuilegium in corpore iuris inser-  
tum non comprehenditur in generali  
derogatione priuilegiorum. Suarez &  
alij *23. p. 3. tr. 2. ref. 1. & p. 5. tr. 13. ref. 93.*  
*& p. 6. tr. 2. ref. 8.*

7 Bulla Urbani VIII. remocans viux  
voci oracula, non tollit priuilegia Re-  
gularibus sic concessa ante Greg. XIII.  
quia hic ex certâ scientiâ illa confir-  
mauit. Psyrin. *p. 6. tr. 14. ref. 17.*

*Promissio.*

1 Simplex promissio etiam accepta-  
ta, non obligat in conscientiâ;  
quia

quia non est pactum quod obliget ex iustitiâ. Henric. & alij 5 p. 2. tr. 17. ref 9. Est tamen probabile promissionem etiam internam in conscientiâ obligare: nam per actum interiorem, ut probabilis fert opinio, potest transferri dominium. Sanchez & alij 4. p. 3. tract. 5. ref 116.

2 Qui iuravit meretrici dare 100. aureos pro actu fornicario, non tenetur, nisi ad eam partem quam eius conditionis homines solent similibus solvere: quia promissio prodiga etiam iuramento firmata, obligat solum ad quantitatem in quâ nulla est prodigalitas. Bannez & alij 6. p. 4. tr. 4 ref 27.

3 Iuramentum additum sanctæ promissioni non inducit veram obligationem. Ochagau. p 5 tr. 14. ref. 34.

## R

## REGVLARES.

1 Equites D. Ioannis, D. Iacobi, Calatrauz, Alcantaræ, &c. cum sint verè Religiosi, possunt confiteri Confessario non approbato per Episcopum. Sancius. Sed contraria est consuetudo.